

**LATIN (PRINCIPAL)**

**9788/02**

Paper 2 Prose Literature

**May/June 2017**

**1 hour 30 minutes**

Additional Materials: Answer Booklet/Paper



**READ THESE INSTRUCTIONS FIRST**

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.

**DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.**

**Section A**

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

**EITHER**

Cicero, *In Catilinam* 1

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

**OR**

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

**Section B**

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

**EITHER**

Cicero, *In Catilinam* 1

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

**OR**

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.

The number of marks is given in brackets [ ] at the end of each question or part question.

The syllabus is approved for use in England, Wales and Northern Ireland as a Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate.

This document consists of **11** printed pages and **1** blank page.

**Section A**

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

**EITHER**

**Cicero, *In Catilinam* 1**

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

**OR**

**Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51**

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

**Cicero, *In Catilinam* 1**

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

nunc iam aperte rem publicam universam petis, templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam ad exitium et vastitatem vocas. quare, quoniam id quod est primum et quod huius imperi disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo, faciam id quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaustetur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae.

Cicero, *In Catilinam* 1. 12

[10]

**EITHER**

- 2** Read the following passage and answer the questions.

recognosce mecum tandem noctem illam superiorem; iam intelleges multo me vigilare  
 acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae. dico te priore nocte venisse inter  
 falcarios – non agam obscure – in M. Laecae domum; convenisse eodem complures  
 eiusdem amentiae scelerisque socios. num negare audes? quid taces? convincam, si  
 negas. video enim esse hic in senatu quosdam qui tecum una fuerunt. o di immortales!  
 ubinam gentium sumus? quam rem publicam habemus? in qua urbe vivimus? hic, hic  
 sunt nostro in numero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque  
 consilio, qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum  
 exitio cogitent! hos ego video consul et de re publica sententiam rogo et quos ferro  
 trucidari oportebat eos nondum voce vulnero! fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina,  
 distribuisti partes Italiae, statuisti quo quemque proficisci placeret, delegisti quos Romae  
 relinqueres, quos tecum educeres, discripsisti urbis partes ad incendia, confirmasti te  
 ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae, quod ego viverem.  
 reperti sunt duo equites Romani qui te ista cura liberarent et se illa ipsa nocte paulo ante  
 lucem me in meo lectulo interfecturos esse pollicerentur. haec ego omnia vixdum etiam  
 coetu vestro dimisso comperi; domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi,  
 exclusi eos quos tu ad me salutatum mane miseras, cum illi ipsi venissent quos ego iam  
 multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram.

5

10

15

Cicero, *In Catilinam* 1. 8–10

- (a) Lines 1–10 (*recognosce . . . vulnero*): discuss the tone of these lines. [13]
- (b) Lines 10–18 (*fuisti . . . praedixeram*): how does Cicero make his account of events dramatic in these lines? [12]

**[Total: 25]**

OR

- 3 Read the following passage and answer the questions.

servi mehercule mei si me isto pacto metuerent ut te metuunt omnes cives tui, domum  
 meam relinquendam putarem; tu tibi urbem non arbitraris? et si me meis civibus iniuria  
 suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium quam infestis  
 omnium oculis conspici mallem; tu cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium  
 omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas quorum mentes sensusque vulneras,  
 eorum aspectum praesentiamque vitare? si te parentes timerent atque odissent tui  
 neque eos ratione ulla placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes.  
 nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iam diu  
 nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare; huius tu neque auctoritatem verebere nec  
 iudicium sequere nec vim pertimesces? quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo  
 tacita loquitur: ‘nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te, nullum flagitium sine  
 te; tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac  
 libera; tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones verum etiam ad evertendas  
 perfringendasque valuisti. superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen ut potui  
 tuli; nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quicquid increpuerit, Catilinam  
 timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse quod a tuo scelere abhorreat non  
 est ferendum. quam ob rem discede atque hunc mihi timorem eripe; si est verus, ne  
 opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.’

5

10

15

Cicero, *In Catilinam* 1. 17–18

- (a) Lines 1–10 (*servi . . . pertimesces*): how does Cicero build to a climax in these lines? [13]
- (b) Lines 10–18 (*quae . . . desinam*): discuss Cicero’s presentation of the *patria* in these lines. [12]

**[Total: 25]**

**[Section A total: 35]**

**Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51**

- 4 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrippae caedes, quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo centurio aegre confecit. nihil de ea re Tiberius apud senatum disseruit: patris iussa simulabat, quibus praescripsisset tribuno custodiae adposito ne cunctaretur Agrippam morte adficere quandoque ipse supremum diem explevisset. multa sine dubio saevaque Augustus de moribus adulescentis questus, ut exilium eius senatus consulto sanciretur perfecerat: ceterum in nullius umquam suorum necem duravit, neque mortem nepoti pro securitate privigni inlatam credibile erat.

Tacitus, *Annals* 1. 6

[10]

**EITHER**

- 5 Read the following passage and answer the questions.

hi pietate erga parentem et necessitudine rei publicae, in qua nullus tunc legibus locus,  
 ad arma civilia actum quae neque parari possent neque haberi per bonas artes. multa  
 Antonio, dum interfectores patris ulcisceretur, multa Lepido concessisse. postquam  
 hic socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit, non aliud discordantis patriae  
 remedium fuisse quam ut ab uno regeretur. non regno tamen neque dictatura sed  
 principis nomine constitutam rem publicam; mari Oceano aut amnibus longinquis  
 saeptum imperium; legiones, provincias, classes, cuncta inter se conexa; ius apud cives,  
 modestiam apud socios; urbem ipsam magnifico ornatu; pauca admodum vi tractata quo  
 ceteris quies esset. dicebatur contra: pietatem erga parentem et tempora rei publicae  
 obtentui sumpta: ceterum cupidine dominandi concitos per largitionem veteranos,  
 paratum ab adulescente privato exercitum, corruptas consulis legiones, simulatam  
 Pompeianarum gratiam partium; mox ubi decreto patrum fasces et ius praetoris invaserit,  
 caesis Hirtio et Pansa, sive hostes illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, sui  
 milites Hirtium et machinator doli Caesar abstulerat, utriusque copias occupavisse;  
 extortum invito senatu consulatum, armaque quae in Antonium acceperit contra rem  
 publicam versa; proscriptionem civium, divisiones agrorum ne ipsis quidem qui fecere  
 laudatas. sane Cassii et Brutorum exitus paternis inimicitiis datos, quamquam fas sit  
 privata odia publicis utilitatibus remittere: sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum  
 specie amicitiae deceptos; post Antonium, Tarentino Brundisinoque foedere et nuptiis  
 sororis inlectum, subdolae adfinitatis poenas morte exsolvisse.

5

10

15

20

Tacitus, *Annals* 1. 9–10

- (a) Lines 1–9 (*hi... esset*): how does Tacitus present a positive account of Augustus' achievements in these lines? [10]
- (b) Lines 9–20 (*dicebatur... exsolvisse*): discuss the tone of these lines. [15]

**[Total: 25]**

OR

- 6 Read the following passage and answer the questions.

Caecina cum expeditis cohortibus praeire et obstantia silvarum amoliri iubetur: legiones modico intervallo sequuntur. iuvit nox sideribus inlustris, ventumque ad vicos Marsorum et circumdatae stationes stratis tum per cubilia propterque mensas, nullo metu, non antepositis vigiliis: adeo cuncta incuria disiecta erant neque belli timor, ac ne pax quidem nisi languida et soluta inter temulentos. Caesar avidas legiones quo latior populatio foret quattuor in cuneos dispertit; quinquaginta milium spatium ferro flammisque pervastat. non sexus, non aetas miserationem attulit: profana simul et sacra et celeberrimum illis gentibus templum quod Tanfanae vocabant solo aequantur. sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos aut palantes ceciderant. excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Vsipetes, saltusque, per quos exercitui regressus, insedere. quod gnarum duci incessitque itineri et proelio. pars equitum et auxiliariae cohortes ducebant, mox prima legio, et mediis impedimentis sinistrum latus unetvicesimani, dextrum quintani clausere, vicesima legio terga firmavit, post ceteri sociorum. sed hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti, dein latera et frontem modice adsultantes, tota vi novissimos incurrere. turbabanturque densis Germanorum catervis leves cohortes, cum Caesar advectus ad vicesimanos voce magna hoc illud tempus oblitterandae seditionis clamitabat: pergerent, properarent culpam in decus vertere. exarsere animis unoque impetu perruptum hostem redigunt in aperta caeduntque: simul primi agminis copiae evasere silvas castraque communivere. quietum inde iter, fidensque recentibus ac priorum oblitus miles in hibernis locatur.

5

10

15

20

Tacitus, *Annals* 1. 50–51

- (a) Lines 1–9 (*Caecina . . . ceciderant*): discuss Tacitus' presentation of both the Romans and the Germans in these lines. [12]
- (b) Lines 9–20 (*excivit . . . locatur*): how does Tacitus build to a climax in these lines? [13]

**[Total: 25]**

**[Section A total: 35]**

**Section B**

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context. Credit will be given for engagement with secondary literature, where appropriate.

**EITHER**

**Cicero, *In Catilinam* 1**

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

**OR**

**Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51**

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

**Cicero, *In Catilinam* 1****EITHER**

- 7 Read the following passage and answer the question.

polliceor vobis hoc, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem ut Catilinae profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. hisce ominibus, Catilina, cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. tu, Iuppiter, qui isdem quibus haec urbs auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem huius urbis atque imperi vere nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones Italiae scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

5  
10

Cicero, *In Catilinam* 1. 32–33

‘Absurdly overblown and repetitive.’ Discuss this view of *In Catilinam* 1 with reference both to the passage above and to the rest of the speech.

[25]

**OR**

- 8 Discuss Cicero’s characterisation of Catiline.
- [25]

**OR**

- 9 What, if any, are the weaknesses of *In Catilinam* 1?
- [25]

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

**EITHER**

- 10 Read the following passage and answer the question.

interea Germanico per Gallias, ut diximus, census accipienti excessisse Augustum adfertur. neptem eius Agrippinam in matrimonio pluresque ex ea liberos habebat, ipse Druso fratre Tiberii genitus, Augustae nepos, set anxius occultis in se patrui aviaeque odiis quorum causae acriores quia iniquae. quippe Drusi magna apud populum Romanum memoria, credebaturque, si rerum potitus foret, libertatem redditurus; unde in Germanicum favor et spes eadem. nam iuveni civile ingenium, mira comitas et diversa ab Tiberii sermone vultu, adrogantibus et obscuris. accedebant muliebres offensiones novocalibus Liviae in Agrippinam stimulis, atque ipsa Agrippina paulo commotior, nisi quod castitate et mariti amore quamvis indomitum animum in bonum vertebat. sed Germanicus quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti.

5

10

Tacitus, *Annals* 1. 33–34

Discuss the role played by the imperial family in *Annals* 1 with reference both to the passage above and to the rest of the prescribed text. [25]

**OR**

- 11 Tacitus is a master at creating dramatic set pieces. To what extent does this contribute to his success as an historian? [25]

**OR**

- 12 'Tacitus is too pessimistic to be a great author.' Do you agree? [25]

**[Section B total: 25]**

**BLANK PAGE**

---

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge International Examinations Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at [www.cie.org.uk](http://www.cie.org.uk) after the live examination series.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.